mè demonſtrans; quot quæſo perituras alioquin animas fidelibus in poſterum annumerabit Eccleſia, præſertim ſi verè divina Matheſis, ut urgentiſſimus ille Trinitatis in Unitate vix cuiquam aliàs imaginabilis eximatur ſcrupulus, exactiſſimam inſuper arctiſſimæ Similitudinis Ideam, quâ pollet, ex ipsâ Numerorum penu ſuppeditaverit. Quæ cùm tanta ſint, ut vel vatinianum adverſus Matheſin odium in Amorem convertere poſſint, tantò fortiùs, Amice ſuaviſſime, Te traxerunt, ut animum ad Theologiam per Matheſin præparares, quantò certiùs in philoſophando Matheſeos utilitatem hactenus es expertus. DEUS, quem Atheis non vulgari modo, ſed quâvis neceſ-

ſitu-